



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Concilium Londoniense II. Pro Reformandis Moribvs Ecclesiae celebratum
in Anglia anno Domini MCXXVII. tempore Honorii papae II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

HONORIVS C. LONDONIENSE II. LOTHARIVS SAXO IMP. 85
P. II. HENRICVS I. R. ANGL.

ANNO CHRISTI
1127.
lierum nimis attendere : & ideo nec viduam, nec virginem, nec matrem, nec sororem, nec amitam, nec ullam aliam feminam, aliquis frater osculari præsumat. Fugiat ergo feminea oscula Christi militia, per quæ solent homines saepe periclitari, ut pura conscientia & secura vita in conspectu Domini perenniter valeat conuersari. Et sic definit regula templariorum olim equitum, de quibus vide origines nostras equestres Latine & Gallice editas.

CONCILIVM LONDONIENSE II.

PRO REFORMANDIS MORIBVS ECCLESIAE
celebratum in Anglia anno Domini MCXXVII. tem-
pore Honorii papæ II.

NOTA.

* *Concilium.*] Quo loco & tempore, quo auctore, quave de causa & occasione hæc Synodus indicta, quid in ea constitutum fuerit, qui eidem præsentes interfuerint, prædictus continuator Florentii Vvi-
goriensis huius temporis scriptor multo fidelius quam Matthæus Paris, qui suo vicissim more calumniatur, descripsit allegato loco his verbis : *Guilielmus Dorobernensis archiepiscopus congregauit generale Concilium, omnium episcoporum & abbatum, & quarumque religiosarum personarum totius Angliae, apud monasterium sancti Petri in occidentali parte Londonia situm. Cui Concilio presedit ipse sicut archiepiscopus Cantuaria & legatus apostolica sedis, confidentibus secum Guilielmo Wintoniensi episcopo, Rogero Saresbiriensi, Guilielmo Excestrensi, Alexandro Lincolnensi, Herueo Elienensi, Euerardo Norwicensi, Sigefrido Cicestrensi, Ricardo Herefordensi, Godefrido Bathonensi, Ioanne Roffensi, Bernardo de sancto David, Urbano Glamorgatenſe siue Landauenſi, David Bangornensi. Ricardus Londoniensis & Robertus Couentreensis iam obierant, nec aliquis in sedem illorum eousque successerat. Turstanus autem Eboracensis archiepiscopus directis nuntiis ac literis, rationabili causa ostendit se Conuentui ipsi interesse non potuisse. Randolphus vero Dunholmensis episcopus eo tendens infirmitate correptus est, nec iterceptum perfidere potuit, sicut prior ecclesie, & clerici quos illuc direxerat, sub testimonio veritatis attestati sunt. Wigornensis autem episcopus Simon ad parentes suos trans mare iuerat, & nondum reuersus erat. Confluxerant quoque illuc magna multitudines clericorum, laicorum, tam diutum quam mediocrum, & factus est Conuentus grandis & inastimabilis. Sedit autem tribus diebus, id est tertio Idus Maii, & die sequenti, tercioque post hoc, qui fuit decimus septimus Kalendas Iunii, acta sunt ibi de negotiis secularibus nonnulla, quedam quidem determinata, quedam dilata, quedam vero propter nimium astuantis turbæ*

L iiij

86 HONORIVS C. LONDONIENSE II. LoTHARIUS SAXO IMP.
P. II. HENRICVS I. R. ANGL.

tumultum , ab audientia iudicantium profligata . Quae autem communi
episcoporum consensu in ipso Concilio decreta sunt & statuta , sicut illic
publice recitata sunt & suscep ta , in hoc opere placuit annotare . Sunt igit
tur hec .

ANNO
CHRISTI
1127.

C A P I T V L A.

I.

Ecclesiæ & ecclesiastica beneficia , seu quoslibet ecclesiasticos honores , vendi vel emi , au^roritate beati Petri apostolorum principis & nostra , omnino prohibemus . Qui vero hoc præceptum violasse conuictus fuerit , clericus quidem , etiamsi canonicus regularis sit vel monachus , ab ordine deponatur , laicus vero exlex & excommunicatus habeatur , & eiusdem ecclesiæ vel beneficii potestate priuetur .

II.

Ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia Dei , vel promoueri , au^roritate sedis apostolicæ modis omnibus interdicimus .

III.

Exactiones certas pecuniarum pro recipiendis monachis , canonicis , & sanctimonialibus , condemnamus .

IV.

Nullus in decanum nisi presbyter , nullus in archidiaconum nisi diaconus constituatur . Quod si quis ad hos honores infra prædictos ordines iam designatus est , moneatur ab episcopo ad ordines accedere . Quod si iuxta monitionem episcopi ordinari refugerit , eadem ad quam designatus fuerat careat dignitate .

V.

Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & omnibus canonicis, contubernia mulierum illicitarum penitus interdicimus. **Quod si concubinis,** quod absit, vel coniugibus adhæserint, ecclesiastico priuentur ordine, honore, simul & beneficio. Presbyters vero parochiales, si qui tales fuerint, extra chorum eiicimus, & infames esse decernimus. Archidiaconis vero & ministris, quibus hoc incumbit, auctoritate Dei & nostra præcipimus, ut omni studio & solicitudine procurent ab ecclesia Dei hanc perniciem omnino eradicare. **Quod si qui in hoc negligentes,** vel, quod absit, consentientes inuenti fuerint, primo & secundo ab episcopis digne corrigantur, tertio vero canonice seuerius corripiantur. Concubinæ vero presbyterorum & canonicorum, nisi ibi legitime nuperint, extra parochiam expellantur. **Quod si postea culpabiles inuentæ fuerint,** in cuiuscumque territorio sint, a ministris ecclesiæ capiantur, & sub excommunicatione præcipimus, ne ab aliqua potestate minore vel maiore detineantur, sed libere eisdem ministris ecclesiæ tradantur, & ecclesiasticæ disciplinæ vel seruituti episcopali iudicio mancipentur.

VI.

Vt nullus archidiaconus in diuersis episcopatis bus diuersos archidiaconatus teneat sub anathemate prohibemus: imo ei cui prius assignatus erat tantum adhæreat.

VII.

Episcopi, presbyters, abbates, monachos,

88 HONORIVS C. RAVENNATE. LOTHARIVS SAXO
P. II. IMP.

priores subiectos , firmam tenere inhibeant.

ANNO
CHRISTI
1127.

VIII.

Decimas sicut Dei summi dominicas , ex integro reddi præcipimus.

IX.

Vt nulla persona ecclesiæ vel decimas , seu quælibet alia ecclesiastica beneficia , det vel accipiat , sine consensu & auctoritate episcopali , canonica auctoritate vetamus.

X.

Nulla abbatissa vel sanctimonialis carioribus vatur indumentis , quam agninis vel cattinis.

Rex igitur cum inter hec Londonie moraretur , auditis Concilii gestis consensum præbuit , auctoritate regia & potestate concepsit , & confirmavit statuta Concilii a Guilielmo Cantuariensi archiepiscopo & sancta Romana ecclesia legato apud Westmonasterium celebrati . Hæc ille .

CONCILIVM RAVENNATE ,
QVO AQVILEIENSIS ET VENETIARVM
patriarchæ depositi sunt , anno MCXXVIII. tempore
Honorii papæ II.

N O T A.

^a Concilium .] De rebus in hac Synodo gestis ista breuiter Baronius : Quo tempore misit Petrum presbyterum cardinalem tituli sancte Anastasie Rauennam , ubi congregata Synodo depositi Aquileensem & Venetiarum patriarchas . hec in veteri pontificali . Quæ autem causa intercesserit horum condemnationis , non innenimus .

VITA ET EPISTOLÆ
INNOCENTII PAPÆ II.

ANNO
CHRISTI
1130.

Innocen-
tius quan-
do ponti-
fex factus.

INNOCENTIVS secundus , nobili familia Romæ natus , Gregorii nomine ante pontificatum appellatus , cuius vita & fama , teste sancto Bernardo in epistola ad episcopos Aquitanicæ , nullum æmulum timent , ex cardinale dia-